

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Christum ex more gentis calceatum fuisse evidenter probatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

quod prohibuerat servis h. e. *Apostolis.*
 In eadem cum Hieronymo sententia sunt Dionysius Carthusianus,
 Bonaventura, Nicolaus de Lyra,
 & Alphonsus Tostatus Abulensis
Episcopus. Contra calceatum in
 his terris incessisse Christum, ex
 Johannis Baptiste dicto, qui se
 dignum negat ut ejus calceos por-
 tet, vel solvat corrigiam, colle-
 gerunt Patres doctissimi Joannes Chrys. ad
 Chrysostomus & Augustinus, ^{Pop.}
 quos ex recentioribus Paulus ^{Antioch.}
 Burgenis, Thomas Cajetanus, ^{Hom. 6.}
 Toletus, Barradius, & complu- ^{Aug. Serm.}
 res alii Romanæ Ecclesiæ Docto- ^{42. de}
 res sequuntur. Eandem quæstio- ^{Sanct.}
 nem etiam prolixè tractavit doctis- ^{cap. 6.}
 simus Balduinus, atque ita quidem ^{Bald. de}
 ut calceatum incessisse Christum ^{Cal. antiqu.}
 velit. ^{cap. 26.}

X. Hæc quidem curiosa quæ-
 stio, neque magni momenti, facile
 deciditur ex Hebræorū prisca con-
 fuetudine, qui nudis pedibus non in-
 cesserunt. Etenim *ανυπαρθητικός* in vul-
 gari usu inter ipsos non fuit. Ut
 in errore versentur, qui Christum
 negant calceatum. Nam à more,
 & quidem vetusto, atq; inter omnes

vul-

20 De CALCEIS HEBRÆOR.

vulgari discessisse Christum, qua
ratio persuadebit, cum in vestitu
singulare quiddam Dominum ob-
servasse nusquam legamus. Qui
credet hoc in calceis Christum
fecisse, quod à more gentis fuit ma-
xime alienum, ut incederet discal-
ceatus? Neque Apostolis calceo-
rum usum Christus interdixit.
Sane Sandalia à Christo concessa

Mar. 6. 9.

Marcus docet. Atque ea Petrum
etiam gestasse ex verbis Angeli di-
scimus, qui è carcere, quo deti-
nebatur, eum educturus, jube-

Act. 12. 3.

induere sanda-
lia.

CAPUT SECUNDUM.

Calcei olim ex varia materia con-
fecti. Hebraeorum calceos ex
pellibus videri. Multarum gen-
tium vestimenta pellicea. Cal-
cei ex pellibus & corio crudi
primum. Apud omnes gentes usu
corii in calceis. Apud Graecos
Phæcasia, τροχάδες, ἀγνωκίδες
Apud Romanos perones, cal-

cei